

quæ necessaria non sunt, at necessaria, ut pabulū  
cibus, sustentationis congrua, hoc difficile, hoc arduū  
et tam arduum, ut eorum absentia, corpus quasi  
nim pati videatur, at reliquit Agnus pabulum, re-  
liquit esuriens, ieiunus, incarnatus, quod equidē tanta  
admiratione dignum non esset, si pabulum vel non  
esuriens, vel iam satiatus reliquisset, at esuriens  
reliquit. Vos Auditores Religiosissimi, vos iudicate  
quid Agnus neglecturus fuisset ad eundem aut audien-  
dæ Philosophiæ, aut Theologiæ causa, si pabulum tantū  
Pœtica percipiendæ gratia neglexit, ob tantam ergo  
non modo scientiæ amorem, verum etiam ob ingenij  
acumen ingeniosus Agnus nullis hostijs æquæ ac Affino  
litabatur, at non quod inuisi esset Agni Phœbo,  
ut Cereri porca, Baccho caper, quod profecto quis  
facile conytere potest, quia non ignominia causa  
offerebantur Jovis sacrificia quia idis magis irritati,  
quam placati fuissent, Unde et Sacrae Scripturae  
Interpretes tradant, quod Gentiles existimaverint, et  
crediderint Iudæos in templis Agni caput adorasse,  
at cur hoc sibi persuasere cur Agni caput? et  
non potius alicuius animalis Cephantis aut equi?  
aut bipedis, aut quadrupedis? unicus ut opinor, et at  
probabile videtur propter eximium ingenij acumen.